



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 216. Arragonenses Concilium convocant, atque in eo Sessionem habent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.** declaratio , quod alternum hunc ordinem , mere unionis servandæ gratia ,  
**A.C. 1416.** admitterent , de cetero nullatenus per hoc quicquam suis juribus derogatum vellent , quæ eorum protestatio a Synodo admissa fuit .

## §. CCXVI.

*Arragonenses Concilium convocant ,  
& in eo sessionem habent.*

**Q**uo facto Arragonenses Legati nomine universæ obedientiæ Benedicto addictæ Concilium convocant , lectaque fuit per Archiepiscopum Mediolanensem hæc convocatio & approbata a Synodo . Deinde iidem concilio se accedere declararunt , quibus synodus pariter consentiebat . Haec mutua unione confecta Cardinales , aliquique Prælati Pontificalia induerunt ornamenta , & Cardinalis Vivariensis locum Præsidis occupavit , omnibusque peractis de more solemnibus lecta fuere Decreta . Primo concedebatur Arragonensibus , peculiarem sub nomine nationis Hispanicæ , nationem constituendi facultas , hac tamen lege , ut Lusitaniæ , Castellæ , & Navarræ Reges eadem potirentur prærogativa , si eam petituri essent . Secundum Decretum præcipit executionem capitulationis Narbonnensis circa omnes & singulos articulos ; qui eodem tempo-

re

re ab universa Synodo confirmati fuerunt, Sæcul. XV.  
& Hymno *Tu Deum* decantato sessio so- A.C. 1416.  
luta est.

§. CCXVII.

*Joannes de Campis propositiones Jo-  
annis Parvi damnari postulat.*

Absoluta sessione Joannis Parvi caufsa *Gerson. tom.*  
denuo magna contentione utrinque *2. p. 417.*  
agitata fuit. Joannes de Campis, alias  
Campani, Procurator Regis Galliæ in  
negotio reformationis Ecclesiæ petiit, ut  
Synodus sine forensi strepitu, & absque re-  
spectu ad per sonam cujuscunque, sine cun-  
ctatione suam sententiam proferret, utrum  
Joannis Parvi propositiones sint veræ vel  
falsæ? secus enim futurum, quod Syno-  
dus vel ignorantiae, utpote nescia an hæc  
propositio de fide esset, vel timiditatis,  
vel saltem oscitantiæ accusaretur. Fir-  
maverat postulatum suum variis argu-  
mentis, quæ potissimum erant iteratæ  
Imperatoris, Regis Galliæ, & Acade-  
miæ Parisiensis preces, ipsius hujus do-  
ctrinæ scandalum, utpote quam plures  
perniciosam censerent, necnon damnatio  
generalis propositionis, jamiam a Syno-  
do facta, quæ particularium propositio-  
num consecutio esset. Hæc petitio us-  
que adeo Ducis Burgundiæ Legatos ira  
accedit adversus Gallos, ut hi securi-  
tati